

Litere restium contra Turcos et  
Tartaros ad regnum aduentantes.

150

Sigismundus Dei gratia rex Polonia etc. Uni:  
versis et singulis palatinis, castellanis et cete:  
ris dignitariis et officialibus terrestribus, toti:  
us nobilitatis ordinibus de iure et consuetudi:  
ne ad bellum obligatis, sincere nobis et fidei:  
bus nostris dilectis, gratiam nostram regiam.  
Magnifici, generosi et nobiles, sincere nobis et  
fideles dilecti. Superioribus diebus quasi quodam  
inerto rumore ad nos delatum erat, Turcos et  
Tartaros coniunctis viribus in terras regni no:  
stri excurrere voluisse, et ob eam causam re:  
missius egimus, ne vos ad arma concitemus  
ad resistendum hosti, cuius adventus non sa:  
tis certus esse ferebatur. Nunc autem ea eius  
hominis relatione didicimus, qui quoties à no:  
bis mittitur ad perquirendum de hostilium  
rerum ordine, nunquam ad nos redit cum re:  
bus inertis, sed ea semper afferre solet, que  
nequaquam à veritate sunt aliena, id esse ve:  
rissimum, quod antea pro inerto habebamus.  
Iis autem ad nos nunc detulit, Turcos et Tar:  
taros eo duce, qui anno superiore terras Rus:  
siae depopulatus est, iam iam adventare, trans:  
missoque Danubio, conitato cursu ad eandem  
terras Russie progredi, ut sicut anno superi:  
ore nemine resistente maximam calamitatem  
iisdem

1524  
iisdem terminis Russia attulit, ita nunc: quod  
omen Deus avertat: nisi mature occursum fue-  
rit, voto suo potiatur, ipsasque terras deprae-  
detur, et ad extremum discrimen adducat. Nos  
itaque premisso milite mercenario, qui nunc  
conscibi potuit, deficiente tanto sumptu, quan-  
tas in re tam grandi tanque subita necessi-  
tas esset, nihil aliud aequè salutare et praesentaneum invenire potuimus, quam ut vos  
ad arma sumenda adhortemur. Et propterea vo-  
bis mandamus, ut iam omni dubitatione re-  
mota, quae vobis proficiscendi ad bellum certi-  
tudinem auferre posse videretur, mox proficiscar-  
mini, et conveniatis ad diem etc: in loco N.  
quem his literis vobis designamus, illinc de-  
mun Deo bene iuvante, cum capitaneo exerci-  
tuum generali, obviam hosti imminente, sicut  
tempus et necessitas ostendet, progressuri. Qui  
autem in tanta reipublicae necessitate et immi-  
nenti periculo, id fauve, quod se decet, et ad  
quod de iure communi et consuetudine obli-  
gatus est, neglexerit, sciat in se nos ita animi  
adversuros esse, sicut in eos animadverti so-  
let, qui temere leges regni, de bellica expedi-  
tione editas contemnant. Datum Cracovia 1524.